



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ab. 52. j



17.
I. N. J.
DISPUTATIO XVII.
**SELECTARUM
THESIUM
JURIS CERTI & CON-
TROVERSI**

Ex Tit. J. d. Empt. Loc. Soc. & Mandat.
ijsque Titulis ꝛ. C. Just. Theod.
βασιλκ. & ꝛ. respondentibus.

Quam
P R A E S I D E
**JOHANNES CHRISTO-
PHORO Volk /**
J. U. D. & P. P. Ordin.

CHRISTIANUS Seyerabend /
Regiom. Prusf.

R E S P O N D E N S
publicè defendet

IN AUDITORIO MAJORI
A. clc. lcc. LXXXI.

REGIOMONTI,
P R A E L O R E U S N E R I A N O,

REVERENDISSIMO,
PERILLUSTRI MAGNIFICO
ET GENEROSISSIMO
DOMINO,

DN. AHASVERO
de LEHNDORF,

Serenissimi ac Potentissimi Electoris
Brandenburgici Supremo per Borusiam Mare-
schallo, Equiti Ordinis S. Johannis, Gene-
rali Militiæ Legato &c.

Hæreditario Domino in Steinorth/
Labab / Doliven/
&c. &c.

DOMINO SUO GRA-
TIOSISSIMO

Exercitium hoc Academicum in sempiternæ
venerationis & observantiæ tesseram
humillimo ac devotissimo animo
offert & dedicat

CHRISTIANUS Seyerabend/
Regiom. Prusius.



It. j. d. *Empt. Loc. Soc. & Mand.* respondent π . *Lib. VI. Tit. 3.* totus liber 18. & 19. nec non *Liber 17. Lib. 21. T. 1. & 2. C. Just. Lib. IV. Tit. 35. & seqq.* usq; ad *Tit. 64. C. Theod. Lib. III. T. 1. 2. 3. & 4. Lib. XIV. T. 4. Lib. βασιλικ. Lib. 12. T. 1. Lib. 14. T. 1.* integer liber 19. *Lib. 20. Tit. 1. 2. 3. & 4. & Lib. III. T. 13. 17. 19. 28.*

II. Continetur in his Titulis (1.) quarta species Contractuum ex *Consensu* orta veluti *Emptio Venditio t. t. j. βασιλ. & de Emptione Vend. t. t. π. C. J. & Theod. d. contrah. Empt. t. t. C. I. de commerc. & mercat. Rem alien. ger. Si quis alteri vel sibi. d. pact. int. Empt. t. t. π. d. In diem Addict: t. t. π. & C. Theod. d. L. Com-misforia. t. t. d. Suar. pecuar. & suscept. vin. t. t. C. J. d. Monopol. & conv. Quæ res venire non p. t. t. π. C. J. & βασιλ. d. hered. vel Act. vend. t. t. C. J. d. comm. rer. alien. de rebus alien. non alienand. d. Eunuchis. t. t. C. J. & Th. de patribus qui filios suos distrax. t. t. C. J. Quand. licet ab *Empt. recedere t. t. π. C. J. & βασιλ. d. Rescind. Vend. t. t. C. J. Si propter pensitat. publ. Si sine censu & reliquis. t. t. π. C. J. & βασιλ. De peric. & comm. Rei Vend. t. t. C. J. d. Serv. alien. t. t. π. & C. J. d. Act. Empt. t. t. π. C. J. & Th. d. Ædilit. d. Evidt. t. t. C. J. Creditorem Eviictionem pign. non deb. t. t. βασιλ. d. Reb. ven-ditis & traditis ab Emptore deq; Exceptione item de iis quæ vendi mandata sunt, de Emptione & Venditione eâ Lege facta ut nisi pre-tium intra certum diem solutum fuerit Contractus resolvatur. d. Re emptâ & evidtâ. d. distractis à Fisco de fundo vendito sine censu. d. Emptis alienô nomine vel alienâ pecunia. de mancipiis eô pactô ven-ditis ne aliquo loco commor. d. Negotiatoribus qui annone insidian-tur. t. t. & d. Reb. Eccl. non alien. Locatio Conductio t. t. j. π. & C. J. Locat. Cond. t. t. βασιλ. de Actione Locati Conducti t. t. & d. Locato Cond. Emphytensis t. t. π. Si ag. vectig. vel Emphyt. pet. t. t. C. J. d. Jure Emphyteut. t. t. βασιλ. d. Emphytensi. Societas t. t. j. d. Societate t. t. π. & C. J. Pro Soc. t. t. βασιλ. d. Societ. & dis-solat.**

*solut. ej. & denique mandatum t. t. j. & βασιλ. d. Mandato t. t. π:
& C. J. Mandati vel Contra t. t. C. J. Si Serv. extero se mand. (2.)
Contractus quidam innominati t. t. π. & βασιλ. d. estimatoria t. t.
π. βασιλ. & ἄ. d. Rer. permut. t. t. π. & C. J. d. Prefer. verb. Act.*

III. Cum nulla Resp. aut Regio sit ex omni parte ἀνταρκής
Arist. Polit. 1. c. 6. Plin. nat. histor. l. 10. c. 29. sed omnis terra qui-
busdam careat quibusdam abundet Isocrat. in paneg. ut Virgil. l. 1.
Georg. canit.

*Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ:
Arborei fetus alibi, atq; injussa virescunt
Gramina: nonne vides croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur molles sua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, virosaq; Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epeiras equarum?
Continuo has Leges, aternaq; federa certis
Imposuit natura locis.*

Necessitas primum rem eò deduxit, ut unusquisqve prout tem-
pora atqve res prorsus variæ exigebant, utilibus inutilia permutaret,
sed difficultas permutationis fecit ut nummus inveniretur, electâ
materiâ cujus publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permu-
tationum æqualitate quantitatis subveniret l. 1. π. d. Contrah. Empt.
unde nummus sponsor dicitur futuræ indigentia Arist. 5. Ethic. quia
venditor vicissim pro nummō acceptō rem, quâ indiget parare po-
test. Quantitas nummi æstimationem denotat quam primum cum
aurum & argentum appenderent ex quantitate ponderis definiabant.
Verum cum procedente tempore dependendi ratio molestior vide-
retur, factum est, ut cujusqve Reip. principes certæ quantitatis num-
mos cudere eosqve certis imaginibus insignire & quævis Resp. sua
insignia suis nummis imprimere cæperint, sicqve æstimatio nummi
publicè constituta est l. 3. D. d. in lit. jurand. arg. l. quæ extrinse-
cus 65. §. 1. D. d. V. O. l. 15. §. si pignora 3. D. d. Re jud. Hæc num-
mi forma omnibus metallis pariter convenire potest sed valor non
ex externâ nummi facie sed materiâ emanat, prout plus minusqve
de auro argentovè participat, aurum itaqve & argentum valorem
constituit, non simpliciter & indefinitè, sed quateuus per pondus deter-

determinatur. Ac adeò quique nummus plurius minorisve est pretii: quo plus minusve continet auri seu argenti. Ex quo etiam factum est, ut Imperator & Status Imperii hanc Juris Gentium rationem, secuti omne nummorum genus ad ponderis quantitatem in Legibus monetariis exegerint nec injuriã aliquam metallorum mixturam admiserint, unde enim Principibus relarcirentur impendia, quæ cuedendis nummis necessariò fiunt? Quis erui metalla ex abditis terræ, nullò suo compendio curabit? Quis tantam vim lignorum quam quotidie ad liquefactum metallum comburi constat, sine pretio absumet? & unde iis qui his rebus deserviunt, mercedes solventur? Hæ rationes evincunt mixturam ex æquò & bonò ab Imperatore & Statibus I. R. G. esse admisam, ut detracta ferè octava pars marcæ ut vocant argenti, cupro tamen quoad pondus repensa, operæ foret pretium. *Jacob. Lampadius in Disc. d. Nat. Nummi.*

IV. Spei emptio est *l. nec emptio 8. §. 1. D. d. contrab. Empt.* contra mentem illius apud Terentium in Adelph. dicentis: *Ego spero pretio non emo*; ideo etiam captus vel retis jactus rectè emitur, etiam eò casu quo nihil captum, sive etiam præter modum captura pretiosa fuerit. Nec obstat *contradictio Piscatorum dicentium*: se non captum omnium rerum indefinite, sed piscium vendidisse: neq; verisimile esse Emptores aliter cogitasse qui ad mare seu piscatores accessissent. Verba contrahentium ità accipienda prout credibile est de iis ità actum esse inter eos. Sed etsi inspicere debeat, quod frequentius fieri consuevit, ita ut qui contrahunt, in eò consensisse videantur, non aliud dici posse quam consensisse de piscibus, de aliis rebus omnibus dissensisse cum potiùs dicendum foret, nullam & imperfectam fuisse Venditionem necesse esse, quia in eadem re non convenerunt. *Sed pro Emptore jactus seu captus prægnantiores pugnant rationes*, quia de piscibus non adeò aliquid actum est quam de jactu, ideoque omni aleã, spe, fortunæque eventu contractum. Tam frequens est cum in mari piscamur, ut quidvis aliud quàm pisces educantur, id maris amplitudine & opulentia fit, quã vel terram ipsam longissimè superat. Nihil tam capax fortuitorum quàm mare. Quare si id inspicendum, quod frequenter accidit, tam de aliis rebus omnibus, etiam quæ nusquam alibi quam in mari nascuntur, quam de piscibus cogitasse verisimile est. *Quemadmodum*

ut sine re pretio suo careant Emptores, non necesse est ut semper in pisces incidant, sed etiam si nil capiant, ita necessarium non est ut præter pisces nil de reliquis extractis consequantur, ideò jura disponunt, in hoc casu utrumque & commodum & incommodum ad Emptorem pertinere *d. l. 8. l. hereditatem 7. D. d. hered. vel Act. vend. l. 11. §. ult. D. d. Act. Empt. Valer. Max. lib. 4. c. 1. Diog. Laërt. Lib. 1. P. Aerodius rer. judicat. Lib. IV. T. 7. c. 1.* Quamvis autem ejusmodi emptiones quibus res incertæ in aversione emuntur permittantur *l. 62. §. 1. D. d. contrah. empt.* tamen sæpe cum damno conjunctæ rectè statutis quarundam Civitatum prohibentur. *Stat. Groning. l. 2. c. 26. Willkühr Gedanens. p. 1. c. 5. a. 4. Oldenb. d. El. tit. 4. §. 274.*

V. Regulariter *monopolia* sunt prohibita (1.) nè quis solus vel certi homines soli, possint merces suas vendere, quascunqve est prohibitum, licet id Rescripto Principis vel pragmatica Sanctione confirmatum, qui autem fecerit aliquod, bonis propriis spoliatus perpetuo damnatur exilio *t. r. C. Si cont. jus vet. util. publ.* (2.) Negotiatoribus interdicitur conventio, nè res pretio viliori vendatur, quàm ipsorum consensu communi statutum. (3.) Interdicitur conventio, nè quis alter quod alteri commissum est & nondum perfectum, impleat, nam hæc omnia communem lædunt utilitatem. *Brunnem. ad C. d. monop.* Principi tamen licet ex justâ ratione *monopolia* quarundam rerum in suis territoriis permittere, e. g. si privati impensis pro annona requisitâ faciendis impares sint, tum utilitate publicâ id exigente *monopolia* lupuli, plumbi, calcis, cerevisiæ, vini exotici, piperis, pannorum &c. quibus inopi & improvido succurritur, & ærarium augetur pro licitis habentur *Perez. in lib. 4. C. Tit. 59.* Aliàs enim res illicito monopolio obnoxie publicationi & Confiscationi adjudicantur *l. un. C. d. monop.* Reformation guter Policen zu Augspurg *d. Ann. 1548. sub Rubr. die monopolia und schädliche Fürtauff* belangend.

VI. *Nundine* à nonò die dictæ quasi *Novemdine*, eò quod olim rustici nono quovis die in urbem mercandi causa convenirent *Columel. 1. d. Re Rust. Macrob. 1. Saturn.* Nam Veteres Romani instituerunt ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent: nono autem die intermissò rure ad mercatum legesqve accipiendas
Romani

Romani venirent: vel ut manifestius *Dionys. Halic. l. 7. Antiq. Rom.* ait: Nono quoque die plebeji ex agris in urbem conveniebant, & rerum venalium permutationes faciebant, & jure inter se disceptabant & res publicas quarumcumque jus ex legibus penes eos erat, & quascumque Senatus ipsis permittebat, suis suffragiis ratas faciebant; septem vero dies qui inter superiores & sequentes nundinas intercedebant, cum plerique eorum suis manibus opus facerent, & pauperes essent in agris transigebant *Plutarch. in Vit. Mar. Coriolan.* Tractu temporis vero crescente *Rep. Rom.* majores & solenniores mercatus maximo conventu mercatorum etiam peregrinorum aucto instituebantur, qui per aliquot dies duraverunt *l. eum qui 138. pr. d. V. O.* Nundinas constituere poterat olim Senatus Romanus *Plin. l. 5. epist. ad Valerian. 4. A.* Consulibus quoque esse petitas à Claudio Imp: in privata prædia docet *Suet. in ejus Vit. Brisson. lib. 1. Select. antiq. c. 15.* tandem Imp: hoc jus sibi vindicarunt *Paurmeist. d. Jurisd. l. 1. c. 5. n. 26.* quod Jus etiam hodie qui Superiorem non agnoscunt omnes sibi tribuunt, & privilegium nundinarum exercendarum indulgere possunt. Quibus privilegiis non omnes promiscuè utuntur sed excluduntur *hostes l. 4. l. fin. C. d. Commerc. & mercat: Berlich: concl. 77. n. 13.* ne alieni Regni scrutentur arcana. *Banniti cum & hi pro hostibus habeantur l. 5. §. 1. d. cap. min: Impostores, bonorum decoctores* etiam si literas moratorias sub & obreptitiè impetrarint, item *monopole Ord. Polit. d. Ann. 1530. §. nach dem auch d. Ann. 1548. Rubr. die Monopolia und Schadlichs: c. Policcy-Ord. zu Franckfurth d. Ann. 1557.* Illi quoque quibus privilegia concessa sunt sibi plus justo tribuere non debent, ita ut merces tantum licitas afferant, non vero eas, quarum commercium regulariter privatis interdictum est *l. Si in Emptione 34. §. 1. d. Contrah. Empt. in specie vero in §. fin. j. d. Empt. §. 2. j. d. inutil. stip. l. 83. §. 5. d. V. O. l. 39. §. 8. d. Leg. I. l. 6. in pr. l. 34. §. 2. l. 70. d. Contrah. Empt. t. t. C. d. Eunuch. t. t. C. que res ven. non poss. l. 4. & t. t. C. d. vestib. holob. lib. 11 l. 11. pr. d. publican. t. t. C. que res export. non deb. quò fine in I. R. G. Magistratus curæ incumbit in iis locis ubi nundinæ celebrantur in merces falsas & adulteratas inquirere ac inventas concremationi publicationi & commisso destinare *R. J. zu Augsp. Ann. 1500. rubr. die Bücher sol man genezt und geschoren verkauffen ne ex dolo cum al-**



terius jactura sub prætextu libertatis & privilegiorum Nundinarum
quis locupletetur *l. 1. §. 1. d. dol. mal. Except. l. 14. d. Cond. Indeb.*
l. 206. d. R. 7.

VII. *Cambium* originem traxit à varietate numismatum & à
variis eorum pretiis in diversis Regionibus, cumque ejus usus excre-
verit, factum est, ut hæc sola permutatio nomen cambii sortiretur
prout hæc omnia colligi possunt ex *Arist. 5. Polit. c. 6.* quare permu-
tatio est antiquior emptione quæ caput ut *in b. 1.* dictum est post in-
ventam pecuniam numeratam, quæ pecunia inventa fuit, ut esset pre-
tium, quo necessaria vitæ emerentur, & ut rerum venalium esset men-
sura quædam publica unde inventa fuit pecuniæ permutatio *Cambium*
dicta de hoc *alii Dd. dicunt* non esse *mutuum* quia cambium etiam
literis fit, quò nummularius pecunias prius recipit ut in alio locò
solvat; Nec una sed plures differentiæ inter *cambium* & *mutuum* re-
periuntur, nam *mutuans* prius dat postea recipit. Sed accipiens ad
cambium primo recipit & postea dat; Dilatio temporis ad restitu-
tionem pecuniæ *mutuo acceptæ* necessariò in mutuo præsupponenda
est, at in cambio *id fit* ex accidenti. Sors *mutui* minui nequit, in
cambio potest evenire ut dans cambio detrimentum patiatur in for-
te, *mutui* periculum spectat ad *mutuatarium*, cum res mutuo acce-
pta efficiatur accipientis: sed *cambii* periculum spectat ad *Campso-*
rem ita si campsor det mihi literas cambii solyendas à Titio, & ego
à Titio fortè quia decoxit, vel aufugit nil accepi, campsor adhuc re-
manet debitor. In *mutuo* restitutio fit in eodem locò, in *cambio* li-
terarum necesse est, ut commutetur pecunia unius loci, cum pecu-
niâ alterius loci. In *mutuo* transfertur Dominium simpliciter in *mu-*
tuarium, sed in *cambio* non transfertur simpliciter ut sors simplex re-
stituatur sed cum lucro aut pretio. *Alii docent* esse *Contractum inno-*
minatum do ut *des* sive *permutationem pecuniæ* cum pecunia quia
omnis Contractus, in quò hinc inde transfertur dominium rerum,
reducitur ad *triplicem speciem*, vel enim datur pecunia prò re & ori-
tur *Emptio* vel datur res prò re interveniente tamen aliquâ pecuniæ
quantitate prò exæquatione; & tunc si quantitas pecuniæ est major
pars valoris rei dicitur *emptio*, aliàs *permutatio*, cum Contractus
consistat in eò in quo præ valet. *Alii vero statuunt* esse Contractum
Emptionis ex parte campsoris, & Venditionis ex parte accipientis
cambio,

cambio, & sic pecunia ejus qui dat cambio est pretium, qui enim dat ad cambium, emit pecuniam absentem secundum æstimationem fori, & ille qui accepit ad cambium vendit pecuniam absentem pro presenti. Hanc sententiam Sigismundus Scaccia J. C. Tus. Rom. Tract. d. commerc. & camb. §. 1. q. 4. n. 22. & seqq. pluribus firmat argumentis. Nec movetur ratione Laur. de Rodolph. in c. consuluit 1. p. q. 32. n. 14. d. Usur. dicentis: *pecuniam vendi non posse*; quia hoc ipsum fallit propter cursum monetæ sic Ducatus Venetus plus valet quam Romanus & propter excessum in valore. Nos vero in effectu *Emptionem & Venditionem* esse existimamus, tum quia argumenta pro hac opinione sunt prægnantiora, tum quia communis magis videtur.

VIII. Jus *stapulandi* non à *stabilò* seu *stabilando* sed rectius à *Gotho-Teutonico* verbo *Stapel* seu *cumulò* dictum Salmas. obs. ad *Jus Attic. & Rom. c. 5.* est privilegium seu potestas merces aliunde invecas ab institutò cursu retrahendi, & in suò forò sistendi, singulari beneficio certis Civitatibus competens. Nam sicut olim apud Romanos diversi generis fora erant Rosin. d. Antiquit. Rom. lib. 9. c. 7. in quæ forum promercalium cæteris præstabat: ita ad ejus imitationem Civitates Germaniæ Jus *Stapule* introduxerunt, quò gaudentes, jure suo id agunt, ut ipsi invecarum mercium quæstum ad se & ad forum transferant nec patiantur ut exteri promiscuâ rerum necessariorum coëmptione ipsorum commerciis obsint, in quo præcipuus hujus juris scopus consistit. Joh. Loccen: d. jur. maritim. l. 1. c. 10. §. 5. scribit pendere jus *stapule* à Jure Emporii & qui Jus Emporii i. e. jus de exponendis mercibus habet, transeuntes ad suum portum & forum trahere posse. Neque Jus *Stapule* in potentiori suo significato duntaxat solum appulsum & exonerationem mercium denotat, sed simul etiam necessitatem venum exponendi in locò, ubi exerceri consuevit, comprehendit. Differt jus *Stapule* à Jure *Nundinarum*, multis quippe imò omnibus Civitatibus *Nundinae* sunt communes, quæ tamen Jus *Stapule* peculiariter sibi concessum ostendere non possunt. Differt quoque à Jure *Geranii* quod eò tendit ut illius beneficiò utilitati vestigalium provideatur, & fraudibus mercatorum occurratur. Sed Jus *Stapule* commerciorum utilitatem & incrementum respicit, adque copiam annonæ & mercium facit. Ratione tamen

men vocis *Stapula* & *Geranium* quoad originem conveniunt. Sicut enim *Stapel* Gotho-Teutonice Vox est, ita hæc quoque dicta vulgò *Krane* quæ Saxonibus & Belgis *gruem*, ut & *machinam illam tracto-riam* quam aliàs *rotam* aut *tympanum versatile mechanicum* vocant, quò circumactò in exoneratione navis tolluntur onera & denuò in terram demittuntur, *Vitruv. lib. 10. d. Architect. c. 4. Tympanum* quod Græci etiam *γέγων* appellant cujus rotæ circumactæ axis fune absolvitur atque ita onera extolluntur aut sublata remittuntur *Gruis* nomen inditum est à formæ quadam similitudine, quodaxem quasi *γέγων* gruis rostrum protendit *Schottel. d. Singul. & antiq. Germ. jur. c. 24.* Jus *Stapulae* seu *sistendi* merces propria autoritate Nemo sibi tribuere potest sine speciali Superioris concessione aut immemoriali præscriptione, aut ex liberarum Civitatum pactis. In *I. R. G.* solus *Imperator* *Stapulas* instituit, *Rnipschild de Jur. Civit. Imp. lib. 2. c. 4. n. 24.* Deinde præscriptione hominum memoriam excedente, vel longissimâ Consuetudine & usu jus *Stapulae* firmatur. Cum enim immemorialis præscriptio obtineat vim legitimi tituli, habeatque potestatem privilegii & concessionis Principis, ideo hoc Jus conferre potest. Insuper etiam liberæ Respub. quæ nullius subsunt Imperio ad urbium & commerciorum incrementum de mercibus non aliò quàm in suum forum & emporium transportandis pacisci, aut Legem condere possunt. Habet vero *Jus Stapulae* gradus suos, & aliquando minus plenum continet. In nonnullis Civitatibus requiritur ut certo tempore merces venum exponantur, quò elapsò merces, postquam vectigalia ex soluta sunt ad alium quemcunque locum licitè evehi possunt. In quibusdam locis nulla necessitas est vendendi, sed solummodò merces exonerari oportet, & vectigal solvi. Denique in quibusdam Urbibus liberum, non necessarium est merces deponere & ad venditionem liberam servare. Sed hæc loca potius nomen quàm Jus *Stapulae* habent *Ott. Philipp. Zepp. in Discurs. Jurid. d. Jur. Stap.*

IX. In pretio Emptionis & Venditionis naturaliter se invicem circumvenire licet *l. 16. §. 4. π. d. Min: l. 22. §. ult. π. Locat. Cond: pretii vilioris obtentu Venditionem rescindi non oportet l. 1. C. Theod. d. contrab. Empt.* hanc circumventionem in Emptionibus saltem ex votò Contrahentium de Naturâ Contractus Empti esse docent

cent *Impp. in l. 8. si Voluntate C. d. Rescind. Vend.* Quod videlicet
Emptor viliorē comparandi, venditor cariorē distrahendi votum ge-
rentes ad hunc Contractum accedant, vix quæ post multas contēn-
tiones, paulatim Venditore de eo quod petierat detrahente, emptore
autem huic quod obtulerat addente ad certum tandem consentiant
pretium. Absq̄ve spe quæstus luget mercatura & hoc aliquem nego-
tiativè circumvenire vocat *Justinianus N. 79. c. 1.* Permittitur in
Emptione circumventio, quæ dolo caret licet aliquod modicum da-
mnum Emptoris contineat, atq̄ve ipsa interdum fraus in Jure appet-
letur *l. 7. Jurisgentium §. sed si fraudandi 10. π. d. pact. l. inter eos 33.*
π. Ex quib. caus. maj. l. fraudis 79. π. d. R. I. & eatenus toleratur qua-
tenus circumventio non excedit dimidiam partem justipretii. Quod
si metam istam circumventio in pretio transgrediatur decepto utroq̄;
jure & Civili & Canonico ita subvenitur ut Emptor vel rem redhibeat
Venditori atq̄ve ita revocetur Venditio; vel si hoc potius elegit sup-
pleat quod deest justo pretio *l. 2. 8. C. d. Resc. Vend. c. 3. §. c. pen. A.*
d. Empt. Vend. Sed minus pretium intelligi nequit *l. 2. C. d. Rescind.*
Vend. nisi comparatione ad justum pretium facta; minus pretium
est, si nec dimidia pars veri soluta sit. Est igitur pretium mensura o-
mnis deceptionis, dictum, quia præit & demonstrat, quis ejusq̄ve
rei sit valor: estq̄ve dignitas rei, unde & *ἕμν* Græcis dicitur. Defini-
tio certi pretii ad officium Præfecti Urbi pertinet ut justo pretio res ne-
cessariæ vendantur *l. 1. §. 11. π. d. offic. pref. Urb.* Hujus curæ incum-
bit providere ut carnes Exagio vendantur, hoc est ut trutinæ exami-
ne vendantur, non oculorum libertate pondus quærat *l. 4. C. Theod.*
§. Jac. Aug. Thuanus lib. 8. circa finem inquit: Mox sancitum est, pe-
tito à Græcis & Romanis exemplo, ut lanii ubiq̄ve in Gallia carnes
exagio vendere, pretio à Magistratibus in libros singulos constituto
teneantur. De carnibus dictum, dicendum quoque est de frumento, ut
& hujus cura ad eum pertineat *l. 1. C. d. frum. Urb. Constantinop. lib.*
XI. Jus Canonicum hanc curam etiam Episcopo Urbis imposuit *c. 1.*
§. d. Empt. Vend. Quam provinciam antea quoque Imperatores
Episcopis demandarant *l. 1. C. d. Episcop. Aud.* Pretii justii arbitrium
etiam Civitatibus permisum est *arg. l. 49. §. pen. π. d. Leg. I.* quæ Ci-
vibus optimè consulunt circa annonam ejusq̄ve pretium Dardana-
riorum malitiâ oppressâ *l. 37. in Dardanariis π. d. pæn. l. 3. in fin. π. d.*

B

Crims



Crim. Stellion: Quapropter L. Julia de Annonâ pœna statuitur ad-
versus eum qui contra annonam fecerit, Societatemque coierit quo
annonâ carior fieret l. 2. in pr. π. d. L. Jul: d. Annon: quia communis
utilitatis derelictio contra naturam est ut ait M. Tullius lib. 3. offic:
Stare enim omnes debemus tanquam in orbe aliquô Reipub: qui cum
jam versatur eam deligere partem debemus ad quam Nos illius utili-
tas salusq; converterit. ut idem ait in Orat: pro Cn: Plancio. In An-
nona itaque publicè pretium statui debet inque iis quæ ad vitæ susten-
tationem necessaria sunt ut videlicet justo pretio Panis ematur, olus
vini sextarius: adde quis humana sibi doceat natura negatis. Ho-
rat: Satyr. 1 l. 6. Annonam π. d. Extraord. Crim. c. 1. π. d. Empt:
Vend: Joh. Saifon ad Consuetudines Turonenses tit: 10. a. 1. In illis
verbis: A pris raisonnable selon le cours du pays negat vinum quod
acuit aut quod turbidum est vendi posse. Cur autem Episcopo &
Magistratibus cura Annonæ & definitio justii pretii in rebus venali-
bus demandata fuerit ex l. 1. C. d. Episc. Aud: constat, ubi Imp. Ju-
liano Orientis Comiti in hæc verba rescripserunt: Negotiatores si qui
ad domum nostram pertinent, nè modum mercandi videantur exce-
dere: Christiani quibus verus cultus est adjuvare pauperes & posi-
ros in necessitate provideant Episcopi &c. Licet enim aliis in rebus
circumventio permisa sit quædam, non tamen licet ementibus &
vendentibus se mutuo circumvenire in annonâ, aliisque ejusmodi
rebus ad vitæ sustentationem necessariis. Hoc pugnat cum expressâ
Constit: Friderici Imp. I. ejus nominis 2. F. 27. d. pac. ten. & ejus vio-
lat: §. 4. post natalem verbis: disponat & quanto pretio secundum
qualitatem temporis sit Annona vendenda provideat: Quicumq; ve-
ro contra deliberationem ipsius intra anni terminum altius modum
& carius vendere præsumpserit: tanquam violator pacis habeatur:
& totidem viginti libras Comiti exsolvat, quanti modios altius ven-
didisse convictus fuerit. Quæ Constitutio fundamentum habet in
l. ult. pr. d. L. Annon: d. dicente: minimè equum esse, Decuriones Ci-
vibus suis frumentum vilius quàm Annona exigit vendere. Quod
confirmans Paulus JC. in l. 5. Decuriones π. d. Administr. rer. ad Civ.
pertin. Decuriones inquit pretio viliori frumentum quod annonâ
temporalis est patriæ suæ præstare non sunt cogendi. 1. 1. βασιλ.
d. neq; negotiatoribus qui annonæ insidiantur dum emunt ac suppri-
munt

veniunt merces aut falsis ponderibus utuntur & quod non liceat inter se
pacisci de speciebus ne minoris vendantur quam inter se statuerint &
ne sint monop. Andr. Dinn. Jus de Justo rer. pret. def.

X. Jus $\omega\epsilon\gamma\tau\omicron\mu\eta\sigma\tau\omicron\varsigma$ id est prelationis à $\omega\epsilon\lambda\mu\alpha\delta\omega$ prefero
recte dici docet autoritas hominis Græci non indocti Constantini
Harmenopuli Nomophylacis Thesalonicensis in Epitome Juris Civi-
lis, cui huic titulum præfixit $\omega\epsilon\chi\epsilon\gamma\epsilon\gamma\upsilon\ \nu\omicron\mu\omega\upsilon$, is enim lib. 3. ejus
operis ita hunc titulum præfixit $\omega\epsilon\ \omega\epsilon\lambda\mu\eta\iota\sigma\tau\epsilon\omicron\varsigma$. Cui hæc subjecit
verba: Venditione factâ extraneo, Creditor aut propinquus præfer-
tur in Emptione: propinquo autem Creditor: ex creditoribus au-
tem cui plus debetur, quæ conveniunt cum lege 1. π . d. Privileg.
Cred. Ea ita se habet: Cum bona veniunt Debitoris in compara-
tione extranei & ejus qui Creditor cognatusvè sit potior habetur
Creditor Cognatusvè magis tamen Creditor quàm Cognatus: & in-
ter Creditores potior est is, cui major pecunia debetur. Id autem
Jus Retractus etiam ex Legibus Mosaicis omnium primis fuisse ob-
servatum liquidò constat Levit. 25. Si attenuatus frater tuus vendi-
derit possessionem & voluerit propinquus ejus potest redimere. Et
aperte quoque scribitur Ruth. 4. Partem agri patris nostri Elime-
lech vendidit Naëmi, quæ reversa est de Regione Moabitide quod
audire volui & Tibi dicere coram cunctis sedentibus & majoribus
natu de populo meo. Si vis possidere agrum jure propinquitatis
eme & posside Et Jeremie 32. Eme Tibi agrum meum qui est in
Anathor, Tibi enim competit ex propinquitate ut emas. Non erat
licitum possessionem de tribu ad tribum, nec de familia ad fami-
liam transire. Et hac ratione jubetur Num. 36. ut omnes Viri du-
cant Uxores de tribu & cognatione sua; Et cunctæ fœminæ de ea-
dem tribu maritos accipiant, ut hereditas permaneat in familiis.
Pandectarum Jure id est, usque fermè ad Gordiani tempora id non
obtinuit; Adeò quidem ut Consors rem suam venditurus, seu aliena-
turus nè denuntiare quidem prius Consorti suo teneretur l. 26. π . d.
R. 7. Eò quoque pertinet Plinii locus lib. 7. ep. 11. qui agri heredi-
tarii quincuncem sibi delatum vendiderat. Superest ut Coheredes
æquò animò ferant, separatim me vendidisse quod Mihi licuit omni-
no vendere. Imò nè Diocletianò quidem imperante jus istud ob-
tinuisse docet l. 3. C. d. Commun. rer. alien. Falso Tibi persuasum
est

est ait Imp. communis pretii portionem pro indiviso, antequam communi dividendo iudicium diceretur, tantum socio, non etiam extraneo posse distrahi. Quare Constantino M. istud jus videtur tribuendum, qui id aliquo juris Mosaiici exemplo in Remp. Romanam invexit, quod faciunt adhuc nonnulla similia ejusdem constituta. Imp. Gratianus Valentin. & Theodosius Flabiano P. F. P. constituerunt seqq. *Dudum proximis consortibusq; concessum erat, ut extraneos ab Emptione removerent neq; homines suo arbitratu vendenda distraherent. Sed quia gravis hac videtur injuria, que inani honestatis colore velatur, ut homines de rebus suis quid facere cogantur inviti, superiore Lege cassata, unusquisq; suo arbitratu querere vel probare possit Emptorem. l. 6. C. Th. d. Contrah. Empt.* Honestatis color isthic est, quod videlicet, etsi summo jure seu fori jure inspecto quilibet Emptorem arbitratu suo querere vel probare possit, attamen honestatis Leges svadent a proximo & Consorte in Emptione proximum & consortem preferri, si modo tantundem pretii, quantum extraneus offerat, quia magna esse solet in rebus, quae a majoribus aut cognatione proficiuntur, affectio: Interest scil. nostra res majorum in gente & familia servari l. 22. C. d. Administ. Tut. Consortii itidem magna est ratio, Consortes sunt, quibus fors aut patrimonium resve aliqua communis est: quibus vel omnia bona communia sunt, vel quaedam, & quidem pro indiviso, Justinianus vero in l. 14. C. d. contrah. Empt. adjicit Exceptionem nisi Lex specialis aliud constituat, exemplum l. habemus in l. un. C. Non licere habitatoribus metrocomiae loca sua ad extraneum transferre. Aliud exemplum *Retractus* in Jure Emphyteutico l. 3. C. d. Jur. Emphyt. aliud in l. 1. C. d. metall. lib. 11. Et quia ratio qua Imperatores utuntur, scil. ut constet liberum suum cuique arbitrium, non est magni momenti, ideoque generali Consuetudine passim locorum int oductum est Jus *Retractus* *Tiraq. de Retract. lign. Gall. l. 2. c. 19.* & Jure Canonico approbatum est c. *constitus* d. in Integr. Rest.

XI. *Locatio Conductio* est Contractus qui consensu perficitur super usu rei vel operae alienae pro certa mercede praestando. In consensu requiritur ut partes consentiant circa *Contractum* circa *mercedem* & *rem locatam*. In locando conducendoque omnes possunt consentire qui vendere & quibus vendi potest excipiuntur milites

tes qui alienas res conducere nequeunt *l. milites & l. fin. C. Locat.* possunt tamen sui usus gratiâ conducere, unde possunt stabulum pro equis conducere vel pro oneribus ad militiam pertinentibus. Excipiuntur quoque Curiales *l. Curialis C. eod.* nisi Curialis successisset alicui in Locatione tunc enim jure remaneret *l. 4. π. d. Decurion.* Nec Clericus conducere potest: *Auth. d. Sanctiss. Episc. Ad mercedem* requiritur ut merces certa sit in conventionem definita *pr. j. Locat.* ideo si quis alteri locavit ædes suas vel fundum non expressâ certâ mercede licet adjectum sit se hanc rem Conductor locare pro mercede justâ, vel pro eâ de quâ postea inter Contrahentes conveniet non locatio & Conductio sed Contractus innominatus contrahitur *l. si tibi polienda π. præscr. verb. ubi dicitur* si fulloni polienda curandavè sartori sarcienda vestimenta dederit, nullâ statim mercede constitutâ, sed postea tantum daturus quantum inter eos convenerit, non contractum esse locationem Conductionem sed contractum innominatum & agendum *prescriptis verbis.* Circa rem requiritur, ut talis sit quæ locari potest sive mobilis sive immobilis non tantum propria sed etiam illa in quâ quis vel usufructum vel utile dominium habet *l. arboribus §. usufructarius pr. j. d. Usu & Hab.* Prædii servitutem nemo locare potest, quia cohæret prædio, & si absque eò locaretur utilitatem prædii non respiceret *l. 44. π. Locat.* Jura vero à re personæ debita qualia sunt exigendi vectigal pedagia salinaria locari possunt *l. 44. l. fin. C. d. Vectig. & commiss.* Et res aliena locari potest *l. si tibi alienam π. Locati.* Nam si postea Dominus prohibeat eum uti qui conduxit Locator tenetur Conductor ad Interesse *l. 7. §. 2. Locat.* Quinimo & is qui rem aliquam conduxit, licet is neque dominium neque possessionem rei locati habeat, eam rem alteri, non finito sed durante tempore locationis suæ locare potest *l. Nemo prohibetur C. d. Loc. l. qui Insulam pr. π. Locat.* Res præterea debet esse certa nec Conductoris propria. Transfertur in Conductorem non dominium sed usus pro quò mercedem seu pensionem præstat, sed quid si quis domum deserat spectris & daemonum ludibriis terribilem? is necessitate solvendi pensionem non liberatur si metus sit vanus & qui ex imaginationis turbatæ erroribus movetur. Nam prudentes ut *Horatius* canit.

Nocturnos lemures portentaq; Thesala vident.

B 3

Aliud

Aliud tamen dicendum si timor in veritate fundamentum habeat *Covarr. l. 4. Var. c. 6.* quia Conductor qui iusto periculi metu migravit veluti ob pestem *Gail. 2. o. 23. n. 7.* quamvis verè periculum non fuit ab eò tempore ad pensiones non tenetur *l. habitatores 27. §. ult. d. Loc. Cond.* dummodo id Locatori redditus clavibus significarit. Id itaque multo magis in domo spectris infestata locum habebit nam *sunt aliquid manes, & subterranea Regna.* exempla habet *Plinius l. 7. Epist. ad Suram.* Adeoque *Temesa* Locrensum in Italia Urbs adeo aliquando infestata à genio fuit, ut de deferenda urbe Cives cogitarint, donec placatus annuâ Virginis oblatione & *Euthymi* cuiusdam fortitudine profligatus *Ælian. lib. 8. Strabo lib. 6.* Nec obstat. ex indignatione Numinis his furiis sceleratos agitari; tum quia hæc manium terriculamenta sæpe locis non personis adstricta sunt: tum quia hæc potestas occulto DEI iudicio conceditur gentis non semper ad plectendum fontes sed interim ad exercendos bonos *D. Thom. p. 1. q. 114. a. 1.*

XII. Vitia & qualitates rei locatæ tenetur locator exprimere quia proxima est emptioni & eisdem regulis ferè omnibus consistit *l. veteribus C. d. pact. l. 2. π. Locat. pr. j. d. Locat. Cond.* Si locator dolia vitiosa ignarus locaverit, & vinum effluerit, Locator in id etiam quod interest tenebitur nec eius ignorantia erit excusata. Sed si saltus pascuus locetur in quò malæ nascuntur herbæ, si pecora vel mortua vel deteriora facta sunt id quod interest præstabitur si Locator scivit, si vero ignoravit pensionem non petet *l. sed addes §. si quis dolia π. Locat.* Absoluto & perfecto Locationis Contractu Locator tenetur usum præstare, ita ut re locatâ possit Conductor uti *l. 24. §. Colonus l. 60. π. Locat.* Quod si Colonus vel Inquilinus in usu à Locatore impediatur agere potest ut liberetur à pensione totius temporis & etiam ad Interesse lucri quod percepisset, si non fuisset impeditus, nec auditur Locator volens ab impedimento cessare. Quando Conductor impeditur à tertiò extraneò quem Locator prohibere nequit tum adhuc agitur contra Locatorem non quidem ad Interesse sed ad remittendam pensionem vel eam restituendam si in principiò Contractus Conductor eam solvit *l. si fundus quem in fin. π. d. t.* Ob usus rei locatæ præstationem tenetur Locator rem locatam vitiosam reficere, & omnia facere sine quibus
Con-

Conductor re locatâ commodè uti frui non potest *l. 15. ex conducto §. 1. l. 19. §. 1. l. 61. l. 35. §. 1. π. Locat.* si vero culpa Coloni aliquid sit corruptum, tum Colonus tenetur reficere *l. sed adde §. illud nobis π. Locat.* Instrumenta quoque ad fundum locatum pertinentia præstat Locator *l. ex conducto l. habitatores π. eod.* Si Conductor aliquas impensas utiles vel necessarias in rem conductam fecerit, eas à Locatore rei repetere potest *l. Dominus horreorum §. 1. π. Locat.* nec finitâ Locatione aliter nisi restitutis sibi hisce impensis rem conductam Locatori restituere cogitur *l. colonus π. d. vi & viarm.* Si Conductor magnam sterilitatem vel magnum est passus damnum in percipiendis fructibus Locatur tenetur pro rata remittere mercedem vel pensionem *l. licet C. Locat. & non solum si sterilitas divinitus verum etiam humanitus incidat ut ex incurfu hostium l. ex Conducto §. 1. & §. fin. l. si merces §. vis major π. Locat.* bellum refertur inter casus fortuitos *§. item j. Quib. mod. re contrah. obligatio.* Conductor præstare tenetur Locatori integram mercedem *l. 58. §. 2. l. 25. l. 28. π. Locat.* post moram cum usura *l. 2. C. Locat.* etiam si intra locationis tempora rem locatam de reliquerit *l. 27. §. 1. l. 55. in fin. π. Locat.* Tenetur quoque de dolo *l. 23. d. R. I. l. 60. §. 7. l. 43. π. Locat.* vel culpâ illius lata vel levi *l. 25. §. 6. 7. 8. l. 11. §. 2. l. 9. §. 6. Locat.* non de levissimâ *l. 5. §. nunc. π. Comm. d. Gail. l. 2. o. 21.* nisi pro ratione circumstantiarum, ut ab iis qui pro custodia mercedem accipiunt *l. 40. π. Locat. l. 3. π. Naut. Caup. Stab. l. 9. §. 2. d. t.* aut res sua natura exactissimam diligentiam desideret *l. 23. §. 7. Loc.* Quoad pensionis solutionem tempus præscriptum servandum est, si aliquid actum si nil actum standum est Consuetudini Regionis: Si vero, de Consuetudine non apparet, nec constat de jure, solvi debet in fine anni, quia ante Locator non implevit Contractum ex suâ parte *arg. l. Julianus §. offerri π. d. Ad. Empt. Thomas Maulius d. Locat. Cond. Tit 6. & seqq.* Inde etiam decidi potest illa *q. quantum ad heredes transferat is, qui ante legitimum salarii (quod inter mercedem & honorarium medium est) tempus decesserit?* Hujus rei exemplum proponit *P. Ærodius rer. judicat Lib. IV. c. IV. Egnatius Marcellinus, Quæstor in provincia, scribam qui sorte obtigerat, amisit ante legitimum salarii tempus. De eò quod acceperat Scribæ daturus, cum intelligeret hoc apud se subsidere*

dere non debere: in Senatu quæsitum est, quid fieri de salario vellet. *Heredes* scribæ id residuum sibi: *Prefecti ærario* populoque vindicabant. *Dicebat heredum Advocatus*: quod semel sit ab ærario separatum, atque salario scribæ aut alterius Comitum destinatum: rectà ad eum transisse: annuatim duntaxat & quasi pensionibus accipere, quod ei semel officio sit quæsitum. Si pro pecuniâ, quasi sub conditione relicta, operam debeat per eum non stetisse quo minus conditioni obediret indignum esse qui diem suum obierit vacando Reipubl. muneribus nihil commodi nihilque emolumentum ad heredes transmittere. Si representata esset Comiti pecunia, paulò post eò mortuò, an condiceretur? Non alium scribam substitutum, cui pro reliquâ anni parte operam locanti salarium debuerit. *E contrariò vero populi Patronus*: pecuniam publicam non impendi commodis privatorum, sed publicis necessitatibus. Item salaria pro ministerii modo dari consuevisse, quod enim opera & labore acquiritur id eâ ratione nondum acquisitum ab heredibus peti non potest: Qui domum ædificandam locaverit, si cum mediam ædificavit deceserit: heredes non posse idèò integram mercedem petere à Conductore licet per eum non steterit, quin ipse cuius electa erat industria perficeret. An nautas vectorum, in nave mortuorum mercedes poscere? Denique qui suffectorum ærarium, si in præstatione salariorum annus cæptus pro impleto habeatur? evenire posse ut unius anni operæ terna aut quina annua deberentur. Summam gestorum à parentibus munerum, in laude & commendatione magis, quam in compendio, liberis esse oportere. *Celius Strabo* ærario censuit inferendum: *Bæbius Marcerus* heredibus. Obtinuit *Strabo* inquit *P. Ærod. d. l. & c.*

XIII. *Emphytevsin* derivat *Speculator* ab *En* & *Fiscos* quasi in fidem suscipientis tradatur res emphytevtica, ut eam deteriorem fieri non patiat *Auth. qui rem & Auth. hoc jus porrectum C. d. SS. Eccles.* alioqui si hanc fidem non servaverit jure suo cadat: Sed hæc derivatio est inepta & ab ignaris *græce* linguæ manavit. *Accursius* vero in verbo meliorationum in *Auth. d. non alienand.* inquit *Emphytevsin* ab *emponemate* derivari quasi *emponema* græcè sit idem quod vox latina melioratio & sic Contractus *Emphytevsis* sit idem, quod Contractus meliorationis, quia olim sterilia tantum dabantur
licet

licet hodie non sterilia tantum sed fertilia dentur in Emphyteusis.
Emponemata meliorationes vocari docet *Andr. Tiraq. in rep. l. Si
unquam verb. revertatur n. 234. C. d. Revoc. Don:* Huic tamen
derivationi præferenda quâ Emphyteusis dicitur *ἐμψυτεύειν*
quod est implantare inserere germina ponere. Est enim *Emphyteu-
sis Contractus bonæ fidei nominatus Juris Gentium scriptura perficiendus, per quem res immobilis utenda fruenda datur, constituta
certa pensione in recognitionem directi Domini, qui quamdiu ea sol-
vitur rem ad se revocare nequit.* Origo atque inventio Emphyteu-
tici Contractus est *Juris Gentium* eo quod Aristoteles *lib. 2. Oecon.*
tradit Bizantios olim in pecuniarum indigentia solitos certâ mercede
prædia publica locare, fertilia quidem ad tempus, sterilia vero &
infructuosa in perpetuum. Et apud Longobardos cernere licet u-
sum Emphyteuseos *lib. 3. 6. c. lege 37.* & apud alias gentes hæc sub-
stantialia Contractus Emphyteuticus habet ut (1.) utile dominium
sit apud Emphyteutam, directum apud Dominum, (2.) solvatur
canon modicus in recognitionem domini directi; Quoad ea ta-
men quæ huic Contractui adjecta merito *Juris Civilis* dicitur, Ro-
manorum usu introducta, antequam Natura proprii Contractus
constaret, postea vero dubitantibus Jctis, quænam conventionis
species esset, an *Emptio?* an *Locatio?* Zenoniana constitutio lata
est, quæ eam græco vocabulo *Emphyteusis* dixit, nomenq; proprium
indidit, & ei propriam naturam atque obligandi vim dedit, quem-
admodum reliquis Contractibus nominatis. *Zeno* enim Contra-
ctui huic tantum *nomen appellativum* tribuit, accuratius quàm ante
factum eum distinxit illiusque naturam explicavit, seu formam pro-
priam, sine quâ nec olim potuit existere, latentem manifestè de-
textit. Non modo nomen certum habet Emphyteusis sed certam
quoque contrahendi formam. Antiqua formula concipiendi hu-
jusmodi civilem Contractum Emphyteuticum talis erat: *Concedo
Tibi Prædium fruendum perpetuo, pro tali pensione.* Idem ac si di-
ctum esset, *concedo Tibi prædium fruendum quamdiu Mihi Domi-
no tantam pensionem præstiteris & nec Tibi nec heredi tuo nec illi
cui tu heresve tuus id prædium vendiderit aut donaverit, aut do-
eis nomine dederit, alioreve quocumq; modo alienaverit, mihi auferre
licebit.* Quæ formula contrahendi dubios reddidit antiquos Jctos
C ad

ad cuius Contractus speciem inclinaret. Videbatur enim Emptio quia utile dominium traditione secuta transfert *l. 1. π. Si ager vectig. l. 1. §. quod autem π. d. superfic:* at Venditoris est dominium transferre si ipse Dominus extiterit *l. cum manu §. nemo π. d. Contrab. Empt.* propriè tamen non est venditio, quia ex ea plenum Dominium transfertur: ex Emphyteusi autem non nisi utile. Videbatur quoque accedere locationi, quia non unico pretio consistebat, sed in annuis semestribus aut denique aliusmodi divisis præstationibus quod proprium locationis est *l. 1. §. qui superficiem π. d. Superfic:* Sed nec est propria locatio quia dominium utile transfert & possessionem *l. naturaliter π. d. A. P.* Locatio vero nullum dominium nec possessionem transfert *l. non solet π. Locati l. malè C. d. Præscr. long. temp. l. 1. C. Com. d. Usucap.* Dubitantibus ita JCTis lata est lex Zenonis quâ definitum ut Emphyteusis propria & separata sit Contractus species: nec ad venditionem nec ad locationem inclinans sed jus quoddam per se subsistens. Hanc Constitutionem Zenonis non esse, non probat argumentum *ex l. 5. d. I. & 7. Guid. de Zuzaria d. Jur. Emphyt. n. 1.* deductum, quia hæc est Hermogeniani JCTi, qui tot Seculis vixit ante Zenonem. Et qui potuit Hermogeniano in mentem venisse factum Zenonis per multa Secula subsequendum introducendæ ab illo Emphyteuseos pro Contractu Civili? Habet hic Contractus non modò certum nomen sed etiam certam contrahendi formam & est bonæ fidei non stricti juris Contractus, quia ex Emphyteusi utrinque oritur obligatio *§. 3. Locat. Cond. junct. arg. §. 28. j. d. Act.* quia comprehensus olim fuit sub locatione Conductione: ubi nec dubitari potuit, quin omnino esset etiam bonæ fidei. Alvarus Valascus JCTus Lusitanus in *questionibus Juris Emphyteutici q. 1. & seqq.* Constituitur Emphyteusis vel in perpetuum vel ad longum tempus *l. 1. l. 3. Si Ag. vectig. vel Emphyt. pet.* In perpetuum constitutus Jus perpetuum vocatur, perpetua enim hodieque est Emphyteusis non comprehenso tempore. Sed Ecclesia non ultra tertiam generationem (sive pacta huic conventioni non aliam dederint legem) concedere Emphyteusim intelligitur *N. 7. d. non alienand.* & Ecclesiastica Emphyteusis non ad quosvis heredes sed tantum descendentes transit *N. 7. c. 4. N. 55. c. 4. N. 120. c. 6.* Ad longum tempus constituitur ut
singulis

singulis v. g. lustris ad preces Emphytevtæ, ejusvè heredum, teneatur Dominus renovare Emphyteusin, quod spectat ad recognoscendum Dominium & ne temporis tractu ejus obsolescat. Nam quando ipse Emphytevtæ utilitatem sui juris sub canone ad alium transfert, id distincte vocant Contractum libellarium. Ideo ad formam hujus Contractus *Scriptura* desideratur *l. 1. C. d. Jur. Emphyt.* cuius adminiculo necessario per tantas temporum & succesorum vices jus Domini est fulciendum *Bronch. l. 1. asfert. 78. ex comm. Sichard. ad d. l. 1. Clarus q. 4.* Tenebiturque Emphytevtæ Domino, juranti se non habere exemplum hoc scriptum edere: quod si detrectat præsumitur Emphyteusis finita *Tulden. ad Tit. C. d. Jur. Emphytevt. N. 3.* Concurrit autem hic constitutio cum promissione, nam cum primùm promissa est Emphyteusis, eò ipsò etiam constituta censetur, cum promissio non possit non fieri nisi per consensum de re concedenda jure utilis Domini in Emphyteusin sub canonicâ præstatione. Finis non est ut agri steriles colantur quia optimi agri in Emphyteusin dari possunt. Actio hinc descendens est personalis quia obligatio ceu mater & causa Actionis non est ex Zenonis Constitutione inducta sed longe antè eum fuit §. *adeo j. d. Locat. Cond. Commodum*, perfectò Contractu hoc, ad Emphytevtam transit, modo & traditio & simile quid intervenerit *arg. l. 3. d. O. & A. l. 21. C. d. pact.* est plenissima rei in Emphyteusin datæ utilitas seu utile dominium quod includit jus possidendi transferendi ad heredes & jus vindicandi *l. 1. π. Si ag. veftig. vel Emphyt. l. 1. C. d. jur. Emphyt.* Incommodum est damnum rei particulare, & quia ob sterilitatem vel belli causa canonis non fiat remissio *l. 1. π. Si ag. veft. r. t. βασιλ. d. Emphyteusi.* Secus ubi pensio esset magna & fructibus fere æqualis *Less. d. I. & I. c. 24. d. l. 8. n. 49. & 50.* Differt Emphyteusis à *Censu*, nam quantocunqve tempore Censuarius cesset in solutione non ideo tamen expelli potest, & in dubiò præsumitur census esse *Grivel. decis. 9. Bened. Bonus de censib. a. 44.* quia id benignius erga Debitorem *Covarr. 3. Variar. 7. n. 1. Menoch. lib. 3. præsumpt. 3. & seqq.* Differt quoque à Jure Superficiariò, cum quis in alieno solò ædificium habet, prò illo pensionem solvendo annuam *l. id est 74. D. d. R. V. l. 1. d. Superfic.* Sed hic emponemata, finito Contractu, indistinctè sibi aufert *Alciat. ad l. 49. d. V. S.*

Item à jure Embateutico quò Creditor sibi stipulatus est potestatem ingrediendi bona debitoris, ut pignoris jure, vel in solutum possideantur. Nec non ab agris limitaneis qui in limitibus Imperii adsignabantur militibus, ut tantò incitatiores ad defensionem limitum essent; nec transibant ad heredes, nisi & hi militarent. Denique etiam ab agris limitrophis ex iis enim militibus limitaneis tantum erant alimenta *l. Nulli 13. C. d. fund. patrim. lib. 11.* ab his magis differebant *Agri limitati* qui veteranis in præmium emeritæ militiæ certâ mensurâ attribuebantur *l. in agris 16. D. d. A. R. D.*

XIV. *Mandatum quasi manu datum* dictum esse probabile est, quia Veteres promittendo & mandatum in se recipiendo manus sibi invicem dare consueverant, apud omnes ferè gentes dextra fuit *symbolum fidei*, unde *fallere dextras* pro *fallere fidem* dictum est. Hinc mandare *latè & generaliter* est alicui aliquid faciendum committere. Ita & præcepta Edicta Magistratum sunt mandata *t. t. C. 7. & Theod. d. Mandat. Princ. N. 17.* mandari dicitur *Jurisdictio t. t. d. offic. ejus cui mand. JCTio.* Tutela quoque & cura mandantur. Sed in hac *θ.* restringitur ad officia inter privatos de negotiis gerendis & significat alicui negotium aliquod gerendum gratis committere: Obligatio mandati consensu contrahitur *l. 1. pr. d. mand. ητῆς ἐν πολλῆς ἐνοχῆ τῆς πρὸ συμφωνίας ἐνοχῆς ὅτι 1.14. βασιλ. Tit. 1. d. mandato deq; mandati Actione directâ & Contrariâ.* Est igitur Mandatum conventio vel *si per genus proximum definitio se rectius habet* est Contractus consensualis quò roganti fides datur, negotium aliquod administrandi sine mercede. Roganti datur fides quia nec commendatio obligat *l. 12. Mand.* nec obligant literæ commendatiæ *generaliter* conscriptæ, secus si quis specialiter ad aliquid se obligasset *e. g.* Titius epistolâ familiari ad Sejum missâ ab eò petit ut Cajo commendato mutuo det centum: quos se viistarum literarum ei redditurum pollicitus est, efficax inde oritur obligatio *l. ult. C. quod cum eo qui in al. potest. est neg. gest.* Ita *literæ fiduciales Credens. Brieffe* non obligant conceptæ generaliter hoc modo: *Petimus presenti nostro Legato fidem in iis que Vobis est propositurus, adhiberi.* Non omni qui loquitur credendum est ait *Bald. rubr. Cod. d. Const. pec. n. 13.* Scitum illud *Cic. lib. de petit. conf. Nervos atq; artus sapientiæ esse non temerè credere. Specia-*
liter

liter vero compositæ obligant scribentem si ita conceptæ: *Dedimus ei plenam potestatem Vobiscum de hac vel illâ re tractandi. Et quod inter Vos actum erit, ratum, gratum & firmum habebimus.* Roganti quia fides datur, ideo nec consilium nec exhortatio mandati obligant *l. 6. §. ult. l. 6. §. planè 5. Mand. l. 20. D. d. his qui nor. infam.* Partes mandati sunt hinc credere rem expediendam, illinc suscipere mandatum & rem exequi. *Species* quas *Dd.* communiter proponunt nempe mandatum aliud esse *Voluntarium*, ut cum sponte ab aliquo suscipitur, aliud *coactum* sive *necessarium* ut cum magistratui mandanti parere cogimur, aliud *gratuitum* aliud *mercenarium*, minus se rectè habent, in utraqve definitio tantum uni convenit, *voluntario* videlicet & *gratuito*. Versatur mandatum circa *facta* potius *bonesta & licita* quàm *res*. Turpis enim facti nullum est mandatum *l. 6. §. 3. Mand.* estque hoc ipsum omnibus conventionibus commune *l. generaliter π. d. V. O.* An Fidejussio apud meretricem pro adolescente valeat videtur dubitari posse *ex l. 12. §. 11. b. t.* verùm *l. rectè* intellectâ, certum est, eam loqui de eò, qui ex luxuriosi adolescentis mandatò pro meretrice fidejebet, qui casus ab illò diversus est; cum juxta *l. 4. d. Condict. ob turp.* meretrici liceat mercedem accipere. Ex delicto mandatò casu secutò & Mandans & Mandatarius adstricti sunt ille ad poenam ordinariam *l. 15. §. 1. Ad L. Corn. d. Sic. l. 11. §. 3. d. Injur. l. 5. C. d. Accus.* hic vero ad extraordinariam v. c. si jussu Magistratus vel Domini interfecit *arg. l. 37. ad L. Aq.* Mandatum consistit quidem in officio non omne tamen fit *mandantis* causa, sed aliud fit *mandantis* causa, aliud *mandantis & mandatarii*, aliud *alienâ* tantum seu *tertii*, aliud *mandantis & aliena*, aliud *mandatarii & alienâ* causa, aliud trium personarum gratiâ *mandantis mandatarii & alienâ*. Mandatum solius *mandantis* causâ est vulgare & ordinarium, quia sibi rebusque suis regulariter quisque prospicit, hucque referri potest etiam *mandantis & mandatarii Causa &c.* Sed mandato *aliena tantum* seu *tertii* causa oblatre videtur quod mandantis non intersit ut tertii negotia gerantur ut illi fundus ematur, ideoque nec illius inde fit Actio. Verùm circa hoc mandatum aut simpliciter nihil interest mandantis & nulla ipsi Actio competit *l. 8. §. 6. b. t.* vel interest ex postfactò & Actio datur *arg. l. 28. d. N. G.* Unde verba *l. 6. §. 4. in*

pr. si tibi mandavi quod mea non intererat intelligenda sunt quoad nudam verborum formulam cum tamen omninò interesset *l. 8. §. 5. b. t.* Cujuscunqve vero gratiâ mandatum fiat est obligatorium, dummodo non sit turpe, Turpe nè quidem juramento accedente obligatum de *Jure Civili* tum *Canonico l. non dubia 5. C. d. Legib. c. non est obligatorium d. R. l. in VI.* nec susceptum cum jurejurando tenetur implere. Ità ad juratam promissionem quam saltanti fecerat Herodiadi non erat jure obligatus Herodes *c. 2. 22. q. 4. Matth: 14.* Sic David non occidit Nabal etsi juraverat *c. 3. 22. q. 4.* Nec obstat Josuâ servasse juramentum parcendi Gabionitis quod tamen illicitum erat & divino præcepto contrarium *c. inter cætera 22. §. sed cum his 22. q. 4.* quia hoc juramentum fundamentum habebat in facti ignorantia, nam Josue & seniores jurantes ignorabant Gabionitas esse incolas terræ promissionis, & in factò errabant, quia venerant attriti calceamentis & panibus aridis dicentes: Viri pacifici venimus de terrâ longinquâ *Jos. 9. Bachov. in not. ad Wes.* Super factis licitis nudâ Voluntate & gratuitò mandatum impositum suscipitur. De quò sufficit quòcunqve modo constare sive Testato sive per epistolam per Nuntium vel alio modò, etiam tacitè respectu habitò ad mandatum expressum, quomodo qui sciens & præsens fidejubere alium prò se patitur; aut pecuniam alii dare suò nomine juxta *l. 6. §. 2. §. l. 18. h. t.* non longè ab eò distat, qui consentit expresse, cum utiqve intelligat alterum non animò donandi fecisse. Non vero mandatum *honorario* interveniente desinit esse gratuitum, quod à *salariò* & longius adhuc à *mercede* distat. *Merces* est proportionata operæ initio ferè constituta. *Honorarium* ex liberalitate offertur; Inter hæc duo medium est *salarium*, quod prò factò non locari solito extra ordinem exigitur. *Merces* propriè dicta facit *Locationem* prò factis initio constituta quæ locari solent, cæteroquin erit *Contractus innominatus*. Cætera facta *subdistinguuntur*, quia vel *favorem publicum* respiciunt quale est docere literas & bonas artes vel *utilitatem privatam*, veluti procuratore agere sive ad judicia sive ad negotia. Propter illa competit actio prò *salario*, de hóc aut nihil aut in genere & incertum aliquid promissum est *l. 1. d. Extraord: cogn: propter hæc si nihil aut incertum quid & in genere promissum nulla datur Actio l. 56. §. ult. π. Mand. l. 17. C. eod. sed si quid certum*

tum promissum est petitur extra ordinem l. 7. π. eod. & l. 1. in fin. C. eod: non actione mandati quia hoc gratuitum est, & quod est in pr. l. 6. b. t. non significat honorarium peti Actione mandati; Sed quod promissio talis non mutet naturam Contractus nec illud faciat mercenarium, nec impediatur quo minus quoad cetera mandati agere liceat. Bachov. in not. ad Wesenb. Parat. Mand: vel contr.

XV. Mandatum finitur Voluntate vel utriusque mutua vel alterutrius quod dupliciter contingit (1.) Pœnitentia quæ ex parte mandantis vocatur *revocatio*, quæ omnimodo locum habet, si res adhuc sit integra: re autem non integrâ cum præstatione ejus quod interest. Ex parte Mandatarii pœnitentia propriè dicitur *renuntiatio*, est enim faciendi obligatio, ad factum autè præcisè Nemo tenetur sed præstando Interesse liberatur l. 13. §. 1. d. Re jud. (2.) Morte alterutrius vel mandantis, quia fortè Mandatarius & amicus & fortè heres explicare negotium vel ipse vel per alium malit. Si tamen Mandatarius ignorans in negotiò bonâ fide pergat Actio mandati locum habet. Vel morte mandatarii, quia in eò certi hominis fides eligitur morte ejus cui mandatum est solvitur. Itaque Sextus Julius Prætor inquit *Author ad Herennium lib. 2.* ei qui cum herede mandati agere vellet, iudicium non reddidit. Nam & absurdum videri, cujus ante mortem nulla cœperit Actio competere & quod ipsum morte dissolvitur, ejus nomine post mortem mandati agi posse: sed aliâ potiùs Actione experiendum. *At contra: M. Drusus Prætor Urbanus iudicium reddidit.* Nam nihil obesse, cur si mandatum solvitur mandati Actio non solvatur, ideo quia vel rebus non integris, vel ob justam quidem ignorantiam, aut propter prorogatos sumptus, etiam post mortem ea obligatio durat, quæ ex ipsò negotio & synallagmate nascitur. Agi ex Empto etiam, cum Emptio nulla est. Denique si hoc subtilitas non admittit, causam utilitatis admittere. Quare & *Julianum & Paulum* ad Edictum secutos esse hanc sententiam ait *P. Ærod. rer. Judicat: Lib. 4. Tit. 6.* Ex hoc Contractu duplex oritur Actio 1. *Directa* quæ Mandatori & ejus hæredibus datur §. *item si adhuc j. d. t.* ad id quod interest l. *ad comparandas 16. C. eod.* *Quid enim recipis mandatum* inquit Cicero prò S. Roscio, *si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conversurus es? cur mihi te offers, ac meis commodis officio simulato officis & obstas? recede de medio*

medio per alium transigam &c. Deniq; in hoc agitur ut præstet Mandatarius quicquid ex mandato aut ejus occasione pervenit ad illum *l. si procuratorem 8. §. fin. l. idemq; 10. §. si mandavero h. t.* una cum fructibus & usuris *l. idemq; in pr.* Venit in hanc Actionem etiam culpa levissima *l. 33. §. 21. C. h. t.* Mandatarius enim non rectè agens violat amicitiae fidem & vitæ Societatem, cum sponte sua mandatum suscipiat, imò aliquando se offerat. Quod exponens Cicero in Orat. pro Sext. Rosc. Amer. inquit: *Nam neq; mandat quisq; fere nisi Amico, neq; credit nisi ei, quem fidelem putat: Perditissimi igitur est hominis simul & Amicitiam dissolvere, & fallere eum qui laesus non fuisset nisi credidisset* (2.) *Contraria* qua experiuntur qui mandatum susceperunt *l. si vero 12. §. si filiusfam. 62. h. t.* ad repetendum quicquid sumptus in exequendo mandato factum est & quicquid omninò interesse Mandatarii ullo modò potest *l. 12. §. si Mihi l. 16. l. 22. §. interdum h. t.* etiamsi negotium implere casu aliquo non potuerit *l. qui mutuum 56. in f. h. t.* sicqve mandans ad exactissimam tenetur diligentiam Mandatario & ad omne quod ipsi abest ratione officii suscepti *l. 26. §. 7. eod. l. 61. §. 5. d. Furt. H. Grot. 2. d. j. B. & P. 12.*

XVI. *Societas* originem ex *amicitia* habet, quia Societas habet amicitiam & justum quoddam *Arist. 4. Polit. 11.* & socii Amici sunt quatenus inter se commercium habent *8. Ethic. 11.* Amicitia vero hæc ordinatur vel ad *bonum publicum* vel *privatum*: nam ejus gratiâ quod bonum videtur omnes omnia agunt *1. Polit. 1.* & ob utile aliquod conveniunt homines aliquid eorum comparantes quæ ad vitam pertinent *8. Ethic. 10.* Illa est Societas *Publica* quam Natura inter homines constituit, alias naturalis omnium hominum cognatio *l. 3. d. I. & I.* Societas humana mater est omnium Contractuum & commerciorum, civilis Societas & principalissima quam Philosophus *d. 8. Eth. 11.* ait esse gratiâ utilitatis & à principiò constitisse & perseverare. *Hæc est privata* quæ particulatim utilitatem appetit iterum varia: *Consanguinea* inter patrem & liberos *Fraterna* patruelium *Conjugalis* *Domestica* *8. Ethic. 13.* *Collegialis*, *Sodalitia* quæ inter Collegas qui Superioris auctoritate congregantur *l. 1. Quod cuj. Univ. Vel Singulorum* seu rerum *communicativa*, quæ ordinatur ad bonum seu utile acquisitivum. *Hæc* autem porro vel *incidens* vel *Conventionalis* est *l. 31. pro Soc.* Illa fit sine tractatu habito

habito de Societate hoc est citra Societatis affectum, aliàs commu-
munio *l. 31. §. 3. d. Oblig. qu. ex qu. Contr. l. 2. pr. Comm. div. Hæc*
semper contingit cum animo & habitò tractatu ineundæ rerum So-
cietatis *Hanius ad Wesenb. Tit. Pro Soc. Et est Contractus consensus*
initus, quò inter duos pluresve, res & opera circa lucrum & da-
mnnum communicantur l. 1. C. Pro Soc. Nihil autem interest quo-
modo hic consensus exprimat, an verbis quæ sunt animi interpre-
tes; an rebus quæ vice nominis funguntur, an literis, quæ sunt vo-
ces & indicia eorum, quæ animo insunt. Re ipsâ *tacitè* etiam hic
consensus exprimitur, ut si duo eandem rem communiter & simul
emerint & non convenerit expressè inter eos, ut res communicetur
tacitò quodam consensu dicitur contracta Societas *l. 2. C. eod.* Con-
trahitur Societas vel pure vel sub conditione *l. 1. π. b. t.* Qua de re
ex Veteribus quidam dubitârunt, quoniam Societas nudo consensu
dominium transfert, resque Sociorum continuo communicantur,
ipso jure, simulatque de Societate convenit, fingitur intervenisse
tacita quædam traditio mutua, quæ alioqui necessaria non est in hoc
Contractu *l. 2. π. eod.* Sed veterum dubitatione sublatâ placet Ju-
stiniano, ut Societas contrahi possit sub conditione, utque Voluntas
eorum qui legitimè contrahunt, omnimodo conservetur cum ex
conventionem Contractus legem accipiat *l. pen. C. b. t. t. t. lib. βασιλ.*
14. d. Societ. Disfol. Perez. prælect. in C. lib. 4. Tit. 37. n. 1. & seqq.
Unde etiam ad tempus puta quamdiu vivent inicitur Societas, & tam-
diu durat quamdiu consensus eorum integer perseverat. In perpe-
tuum vero vel in æternum nulla est Societatis coitio *l. 70. π. eod.*
quia excederet vitam contrahentium. *Dividitur Societas in genera-*
lem & specialem, unde illa ait Bachovius omninò sub *distingvenda*
est, quod alia est *simpliciter* omnium bonorum in quâ tantum com-
municantur quæ ex quæstu veniunt *l. 7. & seq. h. t.* alia vero *specia-*
liter omnium bonorum in quâ etiam ex titulò lucrativò obvenien-
tia & omnia omninò communicantur. Potest dari & *mixtum* quod-
dam Societatis *genus*, quæ diverso respectu generalis & specialis di-
ci queat *v. c. si fratres communem Paternam hereditatem retineant,*
qui licet socii omnium bonorum non sint l. 39. §. 3 Famil. Erisc.
attamen respectu Societatis singularis & particularis, Universitatis
cujusdam socii dici possunt. Ex quibus sumi posse decisionè quæst: an

D

Societas



Societas generalis vel universalis constitui queat existimat Bachov. ad Treutl. vol. 1. Disp. 27. §. 8. Lit. H. Generalis Societas ait Ludw. ad j. Ex. 14. §. 1. contrahitur vel simpliciter nulla rerum designatione, & communicantur ea tantum quæ ex quæstu sive opera & negotiatione cujus proveniunt vel expresse & nominatim bonorum omnium, & in eam veniunt omnia quæ ex quacunque causa sunt sociorum etiam hereditates donationes legata l. 3. §. 1. h. t. Item si quid unus ob injuriam damnumvè sibi suisque datum consecutus l. 52. §. 16. l. 73. pr. eod. & quæ in nominibus consistunt l. 43. π. eod. Specialis certæ alicujus rei vel negotiationis l. 5. pr. π. eod. in quam veniunt ea tantum quæ ex quæstu ejus rei vel negotii descendunt. l. 52. §. 5. π. eod. Si culpa Socii damnum profectum e. g. si quædam in Societate negligenter egisset in plerisque autem Societatem auxisset non compensatur compendium cum negligentia l. 26. π. prò Soc. Si vero casu damnum acciderit compensatur lucrum cum damno l. 11. in fin. D. d. N. G. Cujacius 4. Obs. 17. testatur ab eò tempore quò Juri Civili operam dare cœpit eum nullam diutius torfisse Legem quam l. cum Societas 69. D. Prò Soc. nec plane ab eò asferi posse probè ab eò intellectam esse cum tantum probabilia quædam afferre queat. Ex hac Lege Wisfenb. Disp. π. 33. hunc elicit casum: Societate inter aliquos nundinarum tempore ad emendum contracta, convenisse inter eos, ut unus reliquis necessarias præberet epulas, eosq; ab epularum solutione liberos & immunes servaret, interea dum hi totò nundinali tempore sociale negotium commerciumq; agerent, & si qui epulas præstare debuit, Legi Societati dicta non pareat, duplex in eum proditum esse judicium Pro Socio & ex Vendito. Substantialia & naturalia tum Contractus Societatis tum præced. Consensualium exactè Jus Saxonicum & Prutenicum observant nisi quod Jus nostrum Prutenicum Provinciale quoad objectum modumq; constituendi & dissolvendi Contractus Empt. Locati & Emphiteutici aliter quàm Jure Civili constitutum est, disponat.

P. N. L. 6. T. 2. a. 4. §. 4. L. 4. T. 6. a. 4. §. 1. a. 7.

per tot. a. 15. §. 13. d. L. T. 7. per tot.

T. 9. a. 3. §. 3.

¶ (O) ¶

Kc 3004

ULB Halle


3

003 757 714



Bitte nach Ausleihe an
Frau Richter. 1
Sammelbd. ? oder
Inhaltliche Werte ?


von 125



B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



17

N. J.
 TIO XVII.
 TARUM
 SIUM
 TI & CON-
 VERSI
 Loc. Soc. & Mandat.
 C. Just. Theod.
 espondentibus.
 SIDE
 CHRISTO.
 Volk/
 P. P. Ordin.
 US Seyerabend/
 Prusf.
 NDENS
 defendet
 RIO MAJORI
 LXXXI.
 MONTI,
 SNERIANO,

